



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Distinct. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Ibid paulo
inferius.*

sed defectum Petri, & aliorum Apostolorū. Dicitur enim Christum non propter mortē, sed vsq; ad mortē tristem fuisse. his verbis. Interrogo quid sit Christum tristem esse vsq; ad mortem, & tristem esse propter mortem? Non enim eiusdem significationis est, tristem esse propter mortem, & vsque ad mortem. Quia ubi propter mortem tristitia est, illic mors causa tristitiæ est: Vbi vero tristitia vsq; ad mortē est, mors non tristitiæ est causa, sed finis. A Deo autem non propter mortem suscepta est tristitia, ut sit destituta per mortem. Non ergo tristis est, sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri: quos monet orare, ne inducantur in tentationē: qui ante polliciti erant se non scandalizari.

AN IN CHRISTO FVERIT NECESSITAS
Patiendi & moriendi, quæ est defectus generalis.

DISTINCT. XVI. A

*Quomodo
verbi seu
Christi in-
carnatio or-
dinatur ad
nostram re-
demptionē,
quātum ad
passionem
doloris in
speciali.*

Hic oritur quæstio ex prædictis ducens originē. Dicitur est enim supra, quod Christus in se nostros defectus suscepit, præter peccatum. Est autē hominis quidam generalis defectus, quia peccatū non est, sc. necessitas patiendi vel moriendi. Vnde corpus nostrum non tantum mortale, sed etiam mortuum dicitur. quia non tantum aptitudinem moriendi, sed etiam necessitatē habet. Ideo quæritur, vtrum necessitas talis in Christi carne fuerit? De aptitudine enim moriendi, quod in eo fuerit, ambiguum nō est: quæ etiā ante peccatum in homine fuit, quādo aliquis in eo nō fuit defectus, nec ergo mortalitas illa tunc in eo fuit defectus. quia natura ei erat. Vnde etiam quidam talē mortalitatē in nobis non esse defectum, nō improbe tradunt, sed necessitatem moriendi vel patiendi: quæ etiā mortalitas dicitur vel passibilitas. Dicitur enim homo nunc passibilis vel mortalis, non modo propter aptitudinē, sed etiam propter necessitatē. Sed nūquid hic defectus fuit in Christi carne? Anima quoque eius

eius cum passibilis extiterit ante mortē, nunquid necessitas ē patiendi habuit? Si n. necessitas patiēdi vel moriēdi fuit in Christo, non videtur sola voluntate miserationis defectus nostros accepisse. Ad quod dici pōt, Christum voluntate non necessitate suæ naturę hos defectus sicut alios suscepisse, sc. necessitatem patiēdi in anima, simul autē patiēdi & moriēdi in carne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate suæ conditionis, quā à peccato immunis: sed ex sola voluntate accepit, de nostra infirmitate ponens tabernaculū suū in sole, sc. sub temporali mutabilitate & labore.

Vnde super epistolam ad Hebr. auctoritas dicit, q̄ sicut hominibus aliis & iure & lege naturę statutū est semel mori: ita & Christus eadē necessitate & iure naturę semel oblatus est, & nō s̄pe. Nec ideo dicit iure naturę, quod ex natura suæ conditionis hunc defectū traxerit, qui etiā non puenit nobis ex natura secundum q̄ prius est instituta, sed ex ea peccato vitiata, & ideo dicitur hic defect⁹ natura lis. quā quasi p̄ natura inoleuit in omnib⁹ diffusus.

De statibus hominis, & quid de singulis Christus accepit. B

Et est hic notandum, Christū de omni statu hominis aliqd accepisse, qui omnes venit saluare. Sūt n. quatuor status hominis: Primus, ante peccatū: Secundus, post peccatum, & ante gratiā: Tertius, sub gratia: Quartus, in gloria. De primo statu accepit immunitatē peccati. Vnde Aug illud Ioā. Euāgelistę exponens. Qui desursum venit, super omnes est: dicit Christum venisse desursum, i. de altitudine humanę naturę ante peccatum: quia de illa altitudine sumpsit verbum Dei humanā naturā, dum nō assumpsit ipsam culpā cuius assumpsit pœnam. Sed pœnā assumpsit de statu secundo, & alios defectus. De tertio vero, gratiæ plenitudinē. De quarto, non posse peccare, & Dei perfectā contemplationē. Habuit n. simul bona vię quædam & bona patrię, sicut & quædam mala vię. SI

*Cap. 9. g.
Gloss. ordi.
ad illud ad
Hebr. 9.*

*Quemad-
modum sta-
tutum est
hominibus
semel mori.*

*Sup. Ioan. 3.
de Gloss. or-
din. ad hunc
locum Ioan:
3. Qui de-
sursum
venit.*